

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro D.N.Paulo Ebero [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

ad disciplinam pertinere, adolescentes uidere pri-  
cipum erga se officia, et significaciones mutuae re-  
uerentiae. Proinde ualde te rogo, ut his adolescenti-  
bus istib[us] hospitiū cures ipsorum pecunia: atq[ue]  
adiuues, ut sine periculo spectatores eorum rerum  
esse possint, quas uidere cupiunt. Id officij dabis nō  
solum nostrae amicitiae, sed etiā iuri hospitali, quod  
prosector postulat ut hospites bonos homines amā-  
ter complectamur. Præterea hi adolescentes etiam  
literarum communium ac studiorum causa amore  
digni sunt. Illud tibi persuadeto, me hoc beneficium  
maximi facturum esse, si eos amanter exceperis, et  
adiuueris. Si autem intellexero eos abs te desertos  
esse, maximam iniuriam te amicitiae nostrae fecisse  
iudicabo. Sed humanitas tua tales hospites (ut spe-  
ro) libenter φιλοσετω. Bene uale. Datum Viteber-  
ge, die 8 Augusti, Anno 1539.

S. D.  
Clarissimo uiro D. N. Paulo Ebero,  
συμφιλοσοφῳ & fratri suo cha-  
rissimo,

II, 159.

S. D. Sepemulumq[ue] cogito wegl rūs θέσεως,  
de qua non disputat, sed sycophatijs certat ille τῶν  
ιαχγίτων uates: in qua cogitatione, quoties in-  
tueor matrem dimicantem pro liberis, prorsus ac-  
quiesco. Fingant, cauillentur, querant prestigias ut  
uolunt Margita. Omnes enim illæ futilles cauilla-  
tiones

tiones eliduntur cogitatione maternæ & paternæ  
 & gryns. Sed illi uocem sonant parricide Cain, &  
 uoi & élæ & de & q's, &c. Omittamus illas syco-  
 phantias, et speremus à Deo auxiliū: cui curæ sunt  
 tuus Paulus & tua Helena, quæ ipso nomine te ad-  
 monet Deum esse. Expecto doctore Vuenceslau,  
 & Christophorum Pannonium, quibus omnia fau-  
 sta precor. Gaudeo uirum doctissimum, & omni-  
 bus uirtutibus ornatum, D. Ioannem Aurifabrum,  
 ad honestissimam coniugem & sobolem reuersum  
 esse in columem: quem opinor me, de defensionis iu-  
 re ducere habere, intuentem suos. Scripti episto-  
 lam tuęi oꝝχερεօ&: qua, si libet, ut amini. Ridebi  
 mur à Iurisconsultis, quod adhuc speramus nostra  
 Sareptam mansuram esse. Sed Deum oro, ut eam  
 defendat. Bene uale. 16 Aprilis, 1547. Seruus t.

Ad quandam Iurisconsultum, Aca-  
 demiæ Rostochianæ profes-  
 sorem.

S. D. Cùm non audiuerimus utraq; partem,  
 non facimus nos iudices inter doctorem Henricum  
 & Iurisconsultos: sed utroq; adhortamur ad piam  
 concordiam. Sed de propositionibus hoc dicimus:  
 Non adfimat in genere, ualere sponsalia contra-  
 cta dissentientibus parentibus. De ea re in Eccl-  
 sijs & consistorijs harum regionum aliquid pro-  
 nunciatur.